Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Ipsam confessionem rep&tis spei confirmationem / salus vultus mei & ds meus ;

EXPLICIT PSALMUS XL PRIMUS ;

INCPT PSALMQUADRAGESIM II

Psalmus breuis est / sic satis facit mentibus auditorum / ut molestus non sit uentrib: ieunorum / Pascatur hoc ex ammonitione / quam tristem esse dicit qui cantat in hoc psalmo tristem credo / ex aliquo ieunio suo / uel potius ex aliqua fame sua · Nam ieunium uolun tatis est / famis necessitatis ; Cum ecclesia / esurit corpus xpi / & hanc ille ubique diffusus cuius caput sursum est / membra deorsum / eius uocem in omnibus psalmis / uel psallentem uel gementem / uel laetantem in spe / uel suspirantem in re / Notissimam laudem & familiarissimam habere debemus tamquam nostram ;

Nonergo dubitet immo tenendum ut in sinuemus uobis quis loquatur ; / sit unus quisque in xpi corpore & loquatur hic ; / Nosti autem omnes qui pmisicum / & qui caelesti illi ciuitati ingemescunt ; qui peregrinationem suam norunt / qui uiam tenent ; qui inde desiderio terrent illius stabilissime spem tamquam anchoram praefixerunt ; Nosti ergo quia hoc genus hominum / hoc semen bonum hoc frumentum xpi inter zizania ; gemit hic donec ueniat tempus messis · idest usq: in finem saeculi / sicut exponit quae non fallitur uerita ; gemens ergo in zizania · idest inter malos homines · inter dolosos & seductores · / aut ira turbulentus / aut insidiis uenenatis circumspiciens simul cum illis esse tamquam in uno agro · p totum mundum una pluuia excipere / pariter pstari pariterq: secum aduersantur ire / habere simul ista communia donati / malis bonisq: concessa communiter a illo ; Qui fecit solem suum oriri sup bonos & malos · & pluit sup iustos & iniustos ; Videns ergo semen abrahae / semen sem quanta cum malis aquib: quando separandum · e · Nunc autem habent commune equaliter nasci · eandem conditionem generis humani sortiri · pariter mortalia ferre corpora · simul utilluc e fontibus fruitib: prosperitatib: adq: aduersitatib: saecli / siue fame · siue habundantia · siue pace · siue bello · siue salute · siue peste · uidens quanta habent communia cum malis / cum quib: tamen nihil habet causam communem / erupit in hac uocem ;

Iudica me ds & discerne causam meam de gente non sca ; Iudica inquit me ds · Non timeo iudicium tuum · / quia noui misericordiam tuam ; Iudica me ds & discerne causam meam de gente non sca ; Nunc interim in hac pere